HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ſt quia rore ſermonis recipere noluerit facia inquit in ira et in furore ultionem in gentibus
peccatis quae audire noluerit. Unde et prophetae Domine inquit ne in furore tuo corripias me neque
in ira tua arguas me. Hoc iuxta LXX interpretes quae intelligentia spiritalis est et debuimus
sensum cum superioribus capitulis iungere disputatum sit. Ceterum hebrei istum modum delira
mentis somniant. Postquam septem quas finguntur et quas uolunt pastores et octo principes ho
minum uicerunt assyrium et terram nembrod pauerunt in gladius eius et hoc factum fue
rit cum ante assyrius uenerit in terram iudae. Tunc uenient inquit xpo omnis reliquae iacob
quae potuerunt super eum de gentibus eius in benedictione quasi ros a domino et quasi pluuia super her
bam et neque quae speraburnt in hominibus et in filius hominum. Si in domo et eius in medio gentium
atque populorum sanguinarium atque crudelis et de ueteribus quondam. Si homines uendicantes quasi
leo in iumentis siluae et quasi catulus leonis in gregibus pecorum et nullus erit qui possit
eorum robori resistere. Tunc exaltabitur oculus israel manus tua super assyrios et omnes hostes
tuos qui nunc te possident et inimici tui interibunt. In illa die quando de gentibus fueris
liberatus auferam equos et quadrigas tuas. Quia in medius urbibus tuis scilicet non quae equos et quadrigas
tuas uicit habuerit israel. Si assyrios equos et quadrigas quae in medio uersantur urbium tuarum
et dispdam omnes ciuitates tuas et muntiones quas idolis dedicasti et auferam magos
et ariolos de terra tua et pure faciam omnia sculptilia et statuas tuas et non adorabis ultra
opera manuum tuarum euellam quoque atque subuertam omnes lucos tuos et ciuitates tuas quas
idolis dedicatas. Cumque hoc fecero et ita placuerit fuero ut quicquid inte malis et auferam
te et iam in furore et in indignatione mea ulciscar te de uniuersis gentibus quae meum
noluerit audire sermonem. Respondeat hoc loco carneus israel facta dicat
haec an fictura. Si facta com memoratur probeat historiam de auctoritate uete
rum librorum doceat cunctas gentes et assyrium israel quondam fuisse subiectum.
Si autem se uana spe ludens futurum putat cum quando christus quando xpe uenerit quae
te auferent idola de israel quae non colunt. Qui succidentur luci quos non habent.
Quae urbes subruentur quae olim subruta sunt. Qui tollentur ariolis quos cum non habeant et non
habere se gloriatur tamen tanto tempore derelicta et filia syon et sedent sine altari et
sine sacerdotibus et aliis commedentibus fruges eorum ipsi siccis fauces spant futura
quae nesciunt. Audite quae dominus loquitur. Surge et iudicio aduersum montes et
audiant colles uocem tuam. Audite montes iudicium domini et fortia fundamenta terrae
quia iudicium domini cum populo suo et cum israel iudicabitur. LXX. Audite quae dominus locutus est. Surge
iudicare montes et audiant colles uocem tuam. Audite montes iudicium domini et ual
les fundamenta terrae quia iudicium domini aduersum populum suum et cum israel dinudicabitur. Pro
fortibus fundamentis terrae quae LXX interpretati sunt et ualles fundamenta terrae symmachus
et theodotio transtulerunt et antiquam fundamenta terrae quam editio ipsum hebraicum posuit
aethanim. fundamenta terrae. Prima igitur uox prophetae est audite quae dominus loquitur. deinde
dominus loquitur ad populum. surge et iudicio aduersum montes et audiant colles

uocem tuam.